

*a centesimo Asculum**m. p. XI[X] ab urbe m. p. CXIX*

Centesimus lapis ubi fuerit, determinat miliarium n. 5950 inscriptum XCVIII repertum Trisungi, hodieque locum prope Trisungum nuncupari Centesimo ait regionis bene gnarus Georgius Paci (*Bull. dell' Inst.* 1867 p. 156). Quocum recte convenit vicus Quintodecimo V m. p. (teste Pacio l. c.) distans a Trisungo, omnino inde dictus quod XV m. p. aberat ab Asculo. Itaque a centesimo lapide, qui incidit in ipsum pontem Truenti M p. a Trisungo ad orientem, ad Asculum numerabantur m. p. XIX, non m. p. XII, ut est in itinerario (v. p. 204 n. V). Quae emendatio debetur Kiepero, nisi quod spatium quod inter Trisungum et Quintodecimum vicos intercedit Kiepero accuratius definivit Otto Hirschfeld *Bull. dell' Inst.* l. c. a Pacio edoctus.

**5951. 5952** in agro oppidi Acquasanta in vico Arli (qui vicus distat a Quintodecimo m. p. c. VI, ab Asculo non m. p. VII, ut scribit Pacius, sed m. p. c. X) in ecclesia S. Petri.

5951 *ab una parte:*

L I B E R A T O R I  
O R B I S • R O M A N I  
R E S T I T U T O R I • L I B E R  
T A T I S • E T • R E I • P V B • C O N  
5 S E R V A T O R I • M I L I T V M • E T  
P R O V I N C I A L I V M • D • N  
M A G N E T I O • I N V I C T O • P R I N  
C I P I • V I C T O R I • A C • T R I V M F A T  
O R I • S E M P E R • A V G V S T O

5952 *ab altera:*

D D D N N N V A  
L E N T I N I A N O V A L E  
N T I E T G R A T I A N O  
P I I S F E L I C I B V S A C  
5 T R I V M P H A T O R I B  
V S S E M P E R A V G G G  
B O N O R P N A T I S  
C X I I I

Priorem inscriptionem ed. Henzen *Bull. dell' Inst.* 1845 p. 64, syll. n. 5586 acceptam a Car. Arduinio; posterioris particulam Hirschfeld *Bull. dell' Inst.* 1867 p. 155 acceptam a parocho Acquasantensi. Utramque Georgius Paci misit Instituto a. 1870 descriptaque Gabriellius.

5951, 7 MAGNETIO Paci Gabr., MAGNETIO Ard. — Ex 5952 Hirschfeld non dedit nisi prima postremaque sic: D-D-D-M | CXIII.

Arli cum sit ad sinistram fluvii Tronto, via autem Salaria dextram sequatur, praeterea lapis CXIII Salariae IV m. p. fere ab Arli Asculum versus steterit necesse sit, sequitur non suo loco lapidem hunc eruderatum esse.

*Asculo Castrum Truentinum (v. p. 479 n. IV) m. p. XX ab urbe m. p. CXXXIX*

**5953** [= 6258] litteris antiquioribus; monuit Dressel *l* litteram cerni formatam diverse. Rep. est a. 1823 ad vicum S. Omero, *contrada di Vallorina*, in loco devio et ita eminenti, ut nullo tempore via per eum transire potuerit, ad sepulcrum adhibita NIC. PALMA. Hodie S. Omero apud pharmacoplam Tanzii PALMA IVN., DRESSEL.

1 · CAECIIV<sup>th</sup> Q · F sic  
METEL · COS · u. c. 637  
CXIX  
ROMA

Dressel descriptit. Nic. Palma senior *Bull. dell' Inst.* 1833 p. 101, *storia* I, 51. V, 208; Palma iunior *storia del Pretuzio* 1856 p. 37. Garrucci syll. n. 917. Est in vol. I n. 561 et apud Henzenum n. 5180.

2 METELL Garr. — De anno dixit Borghesius opp. 6, 511 et ego vol. I l. c. — Salariae trahiti ei quem novimus locus numerosque non optime convenient; eius enim lapis CXIX steterit necesse est ad

Asculum in valle Truenti, nec facile credi potest inde columnam hanc asportatam esse in vallem Salinelli. Fortasse antiquo tempore Salaria trahiti diverso eoque breviore ex Sabinis ad litus Hadriaticum pervenit finiens non ad Truentum, sed ad Castrum novum Hadriame. Guidobaldius (apud Fiorellum *Not. degli scavi* 1878 p. 27): *la via, inquit, la quale partendo dalle sponde dell' Adriatico, e risalendo verso occidente, lambiva le colline ed i piani costeggianti la ripa destra del Vibrata, montava su le belle colline di S. Omero, e i suoi piani, pervenendo a Carrufo; di là sempre diretta ad occidente incontrar dovea la Ripa Quarquellara, alla sinistra ripa del Salinello. Codesta via, cui piacque al Palma dare il nome di Metella, io amerei meglio chiamare vecchia Salaria, per reliquie a pietre poligonali della sua selciatura, rinvenute vicino al luogo ove fu scavata la iscrizione arcaica di S. Omero, e per altre ragioni. Idem statua marmorea acefala (Anconae 1879) p. 9: Tra S. Omero e S. Maria di Vico su di una lieta collina correva l' antichissima Salaria . . . I Signori Spinozzi mi hanno assicurato essersi rinvenute le reliquie di un selciato della larghezza di circa metri cinque con direzione di Oriente ad Occidente, formato da pietre poligonali ben connesse.*

**5954** columna rep. tertio lapide ab Asculo Piceno in loco q. d. Marino ad imum collem *della Rocca di Morro*, quae pars est pagi Maltigiano; iam ex dono Sajenni Asculi in curia.

i m P · C A E S A R  
diui f. a / G V S T V S · P O N  
m A X · C O S · X I  
trIB · P O T E S  
5 XII EX u. c. 742/3  
S · C  
C X X I I I

Recognovi. Georgius Paci misit Ottoni Hirschfeld qui ed. *Bull. dell' Inst.* 1867 p. 155; Gabrielli *palazzo com. d' Ascoli* (1874) p. 21.

In fine versus integri sunt.

*III. Via Interocrio Amiternum et Interamnam Praetutianorum.*

Itinerarium Antonini quam novit Salaria (supra p. 582) a Roma pergit per Reate et Asculum ad ostia Truenti et inde per oram Hadriam. Videndum tamen, ne antiquus Salariae terminus magis fuerit ad Amiternum; id enim fortasse Strabo indicare voluit cum ait (5, 3, 4 p. 228) Salariam percurrere agrum Sabinorum, cuius ibidem commemorat oppida Reate et Amiternum, eodemque dicit, quod Coelius (apud Livium 26, 12)

Hannibalem significat Amiterno profectum esse Reate. Fortasse utrumque verum est; certe miliaria docuerunt Salariam diverticulum habuisse ad Interocrium, inde laevorsum pergere Asculum, dextrorsum Amiternum indeque Interamnam et fortasse ulterius ad ostia Helvini et oppidum Castrum novum. Numeri utriusque viae continuantur, ut utrique caput sit urbs Roma.